

T10

De agri cultura 168**Potere terapeutico della magia**

Luxum si quod est, hac cantione sanum fiet. Harundinem prende tibi viridem pedes quattuor aut quinque longam, mediam diffinde, et duo homines teneant ad coxendices. Incipe cantare: “Moetas vaeta daries dardaries asiadarides una petes” (in alio sic fertur: “Motas vaeta daries dardares astataries dissunapiter”), usque dum coeant. Ferrum insuper iactato. Ubi coierint et altera alteram tetigerint, id manu prehende et dextera sinistra praecide; ad luxum aut ad fracturam alliga: sanum fiet. Et tamen cotidie cantato † et luxato † vel hoc modo: “Huat hauat huat ista pista sista dannabo dannaustra” (in alio sic fertur vel luxato vel hoc modo: “Huat haut haut istasis tarsis ardannabou dannaustra”).